Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cx.

116

te. Adoramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi ꝓpter magnam gloriam tuam. Dñe deus rex celestis deus pater omnipotens. Dñe fili unigenite ihesu xpe altissime. Dñe deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dñus. Tu solus altissimus ihesu xpe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

De beata virgine maria

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi ꝓpter magnam gloriam tuam. Dñe deus rex celestis deus pater omnipotens. Dñe fili unigenite ihesu xpe. Spiritus et alme orphanorum paraclite. Dñe deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Ad matre gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Maria sanctificans. Tu solus dñus. Maria gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans ihesu xpe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Sequitur nunc Simbolus

Credo in unum deum patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dñm ihesum xpm filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero genitum non factum consubstancialem patri. Per quem omnia facta sunt. Qui ꝓpter nos homines et ꝓpter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto. Et maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos cuius regni non erit finis. Et in spm sanctum dñm et vivificantem qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Modus offerendi post offertorium.

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Suscipe sancta trinitas hanc oblationem panis quam ego indignus famulus tuus pro salute et remissione